

## EL INFINITIVO LATINO. TEXTOS COMPLEMENTARIOS DE REFUERZO

- Ambitio multos mortales falsos fieri subegit. Sal. Conj. Cat.X, 5
- (Cato) esse quam videri bonus malebat. Sal. Conj. Cat. LIV, 6
- Neque studere neque odisse, sed minime irasci decet. Sal. Conj. Cat. LI, 13
- At aliae leges ítem condemnatis civibus non animam eripi sed exilium permitti iubent .  
Sal, Conj, Cat., LI, 22
- Homines scelestos et factiosos, qui seditionibus rem publicam exagitaverant, merito necatos aiebant.  
Sal. Conj. Cat. LI, 32
- Itaque censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodiis habendos.  
Sal. Conj. Cat. LII, 14
- Nolite existimare maiores nostros armis rem publicam ex parva magnam fecisse.  
Sal. Conj. Cat.,LII, 19
- Illi mihi disseruisse videntur de poena eorum ,qui patriae, parentibus,aris et focus suis bellum paravere. Lex autem monet cavere ab illis magis quam quid in illos statuamus consultare.  
Sal. Conj. Cat. LII,3
- Cupio , patres concripti, me esse clementem. Cupio in tantis rei publicae periculis me non dissolutum videri.  
Cic. Cat. 1, II, 4
- Iam intelleges multo me vigilare acrius ad salutem quam te ad perniciem rei publicae.  
Cic. Catil. 1, IV, 8
- Proscriptione bonorum defetigati permulti et ex urbe et ex agris se in illa castra conferre dicuntur.  
Cic. Cat. 2, X, 21
- Video, patres conscripti, in me ómnium vestrum ora atque oculos esse conversos.  
Cic. Cat..4,I,1
- Et procul.” O miseri, quae tanta insania, cives?  
Creditis avectos hostes? Aut ulla putatis  
dona carere dolis Danaum? Sic notus Ulixes?  
Eneida , II, 42
- Hanc tamen immensam Calchas attollere molem  
roboribus textis caeloque educere iussit,  
ne recipi portis aut duci in moenia posset,  
neu populum antiqua sub religione tueri.  
Eneida , II, 165-188